

Jacob Sebastian Lauremberg Peter Claussen

Disputatio Iuridica De Interdicto Salviano

Rosochii: Kilius, 2665 [i. e. 1665]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735214816>

Druck Freier  Zugang



Salvianus dnd
Beschreibung

R. U. für. 1665
Jacob Sebastian Laurenberg (Praes.)
Peter Blausen (Resp.)

DISPUTATIO JURIDICA
De
INTERDICTO
SALVIANO,

Quam
 Iesu, mortis, & Inferni triumphato-
 re gloriosissimo, juvante,
 Permissu Amplissimæ Facultaris Juridicæ
 PRÆSIDE
 VIRO

Nobilissimo, & Amplissimo
DN. JACOBO SEBASTIANO
LAUREMBERG, Jcto celeberrimo, Pande-
 ctarum Professore Ducali Ordinario, & in præsens
 Facultatis Juridicæ Decano spectabili,
 Præceptore suo ætatem colendo

publicè examinandam exhibet

ad diem *20. April. Maij*

PETRUS CLAUSSEN,

Autor & Respondens.

In Auditorio Magno

ROSOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1665.

DISPUTATIO JURIDICA


INFERDICTO

SALVATORIS

REMOVIS & INTERDICTIOHIS

REMOVIS & INTERDICTIOHIS

REMOVIS & INTERDICTIOHIS



REMOVIS & INTERDICTIOHIS

DM JACOBO SEBASTIANO

LAURAMBERG JCO celeberrimo Pande-

castris Professore D. Ordinario & in Practica

Facultatis Juridicae Decano et Rectori

Præceptoris suo gratiam colendo

publice examinatum exhibet

PETRUS CLAUSSEN

Alum & Respondens.

In Auditorio M. gno

ROSCOVIT VON KUNIGS KUNIGS KUNIGS KUNIGS



I. N. D. N. J. C. A.



Quando primam Magistratum Romanorum originem, successiones, processusq; & potestatem atq; iura iis usurpata, competentiaq; in Annalium replicamus monumentis, accenseri huic incluto ordini Prætores, primo quasi obtutu cognoscimus: Hi creari cœperunt circa *A. M.* 3586. *V. C.* 389. *N. C.* 369. ut communis fert opinio; Causæ institutorum Prætorum fuere præprimis necessitas reipubl. nam cum *COS.* sæpius bellis avocarentur administrandis, sub incunabula imperii & infantiam urbis maximè, ubi circa matrem ipsam suam luctabatur populus Romanus, e re & commodo egregii publici omnino videbatur, magistratum constitui, qui in civitate præsens jus diceret, litigantibusq; daret operam, atq; vacaret

perpetuò : altera causa ambitio , æmulatioq;
fuisse videtur; Enimverò cum plebs , in quâ ni-
hil modicum , nihil salis , aut prudentiæ , turbaret
identidem , secessionesq; minitaretur , & tandem
ultra verba audax , suiq; impotens , & rebellis , ex-
tra urbis valla prorumperet , quo commodius
tranquillaretur , atq; mirigatâ rediret promptius,
Consularus obtinuit communicationem , in cuius
concessi etiam plebi , quasi solatium , aut hostimen-
tum , Patricii ambitiosius affectarunt præturæ , &
Curulis Ædilitatis decus , sed & facile impetrarunt ,
ita tamen , ut initio unus tantum , qui *urbanus* ap-
pellabatur esset Prætor , mox *peregrinus* ei adjun-
gebatur Collega , successu verò temporis , tot quot
provincias faciebant Romani , sunt designati , ut
aliquando VI , Syllæ tempore VIII , Cæsaris XII , Di-
vi Nervæ XVIII , in civitate jus dixisse legamus .
Tandem Valentinianus & Martianus Imperato-
res , III tantum creari voluerunt . *l. 2. C. de off: prat:*
Hi magistratus in albo Edicta proponebant , & in
istis etiam Interdicta *l. 1. C. de Interd. l. unic: C. Uti
possidetis* . Quæ differebant inter se , ut mox mo-
nebitur . De his Interdictis , quædam generatim
præfari operæ fore existimamus , antequam de-
scendamus ad propositi specialis tractationem .
Hæc destinatio ut bene succedat , divini numinis
devotè invocamus opem .

Theſ. I.

Thes. I.

Interdicta unde nomen acceperint, diversa est DD. opinio, nec obviam adeò, aut in facili; unde non nemo JCtorum dicere audet, appellationem hanc obscurissimam esse iis, qui antiquitatem non sunt perscrutati. Ab interdicens seu vetando, sortita nomen suum interdicta vult *Wesemb: Bicc: C. A. E. hic: Ferrarius ad princ: Inst: de Interd: Iobann: Tavarò ad rubr: C. de Interd: N. 3. Petr: Frid: Mindanus de Interd: 1. N. 38.* (1) quod prohibitoria strictè, & in specie sic dicta, stent in acie ubique, atq; ita à potiori debeat fieri denominatio. (2) Quod omnia Interdicta etiam restitutoria & exhibitoria sint tacitè prohibitoria, sicuti enim quicquid principi placet lex est, §. 6. *Inst: de I. N. G. & C.* ita omni interdicto Prætoris insit aliqua vel occulta saltem prohibitio, aut vis prohibitionis. Alii malunt derivare hanc vocem ab interim dicendo, hoc est interloquendo, quod non in perpetuum, sed ad tempus Interdicta interponantur, donec de proprietate constet. *Cujac: Donell: Alciat: & C.* Alii deniq; cum isto Magnifico Institutionum architecto vocitari malunt inde, quod inter duos dicantur, *Schneidv: ad Rubr: Inst: de Interd: quæ etsi displiceat. Bachovio ad Trentl. vol. 2. disp: 25. thes. 1. & Cujac: in parat: ad ff. hic* opinio, mihi tamen semper religio fuit, Imperatoris nostri verba plana non amplexari & sequi.

Thes. II.

Cæterum Interdicta ab Edictis omnino differebant. Hæc erant generalia, ista personalia, sc: hæc quasi LL. prætoris jus generale, & ad omnes pertinens compledebantur; Interdicta verò, erant præceptiones ejusdem Prætoris, Edictis ac commodatæ, jus litigatorum solum, inter se contententium, concernentes, atque

ita Edicto cavebatur, Interdicto reddito agi posse. *Cujac: s. obs. 17. Hellig: ad Donell: lib. 21. c. 2. l. Mhinc Bart: in l. 1. ff. de oper: nov: nunciat: differre ais hæc duo, ceu genus & speciem, aut ut vult Duar: lib. 1. disp: anniverf. 19. ut causam & effectum.*

Thef. III.

Vetera illa Interdicta (quorum ordo i. e. solemnitates & formulæ curiosæ, de quibus qui vult consulat *Glossam ad princ: Inst: de Interd: Cujac: iamjam citato loco Brisson: de formul: antiq: explosus pridem, aliumq; novitas amplexa est per usum*) ipse describit *Tribonianus, princ: Inst: de Interd: quæ quidem definitio, ad illa tempora si respicias, sic satis belle sibi constare videtur, Hodiè dupliciter super possessione (de qua maximè prodita Interdicta) momentanea agi videmus, nempe in *Judicio Summarissimo* vel quasi extraordinariâ in factum utili actione, *Job. Koppen: lib. 2. obs. 96. vel per Interdictum Prætoris h. e. Inhibitionem Magistratus Carol. Ruin lib. 4. Cons. 28. Quæ enim olim Interdicta dicebantur, nostra tempestate sunt inhibitiones, sive mandata, vel cum clausula vel sine clausulâ justificatoriâ, vid. Ord. Cam. part. 2. Tit. 23. Svanman lib. 1. processuum Cameral. per tot. quæ omnia super possessoriis plerumque interponuntur & ad Interdicta rectè referuntur Treutl. vol. 1. disp. 1. thef. 6. l. C. vel ut utar verbis celebratissimi pragmatici: quæ Interdicta olim dicebantur, hodiè sunt Inhibitiones sive mandata cum clausulâ, duobus siquidem contendentibus de possessione, iudex sumit informationes summarias uter eorum melius possideat, ut de possessione probet, illumq; faciat fungi vice possessionis alteri inhibendo, ne ad possessionem accedat salvo jure utriusq; partis tam in proprietate quam possessione.**

Thef. IV.

Thef. IV.

Prælibatis hiscè propius accingemur argumento quod hæc disputatione brevi explicatiunculâ prosequi sedet. Illud verò est Interdictum Salvianum, Hoc quasi inoposticum, aut ultimam januam *lib. 43. ff.* rejicere aut relegare, placuit compilatoribus, arcessendum huc ex suo angulo. Si quæris quis ejus autor? respondeo, illum esse in certum & quod magis mirere, ne quidem tenorem hujus Interdicti aut verba solemnia reperiri ullibi. Quidam à Salvando quod salvet jus creditorum & dominorum. *Zaf. ad §. 7. Inst. de action. Brand. in exlic. tit. jur. civ. & Can. hic* qui ita philosophatur: omne jus consistit vel in acquirendo, vel in servando seu salvando, unde Interdictum Salvianum & actio Serviana nomen accepere, vel amittendo. Quidam à Salvio Juliano qui tempore Alexandri Severi Imperatoris *vixit* ^{*Flavianj*} *cujus mentio non tantum est l. 2. ff. de or. Jur sed Imperator ipse noster vocat eum summæ autoritatis hominem, & prætoriani edicti ordinatorem, & testem sublimissimum l. 10. C. de condict. indeb. & summum autorem juris scientia, l. 15. C. de usufr. appellatum voluit quod faciunt Wesemb. Pac. Cujac. Baro. Gothof. Menoch. Roland. u Valle. &c. per noscit ille autor, Julianus, licet sicuti hoc à solis conjecturis de pendet ita hic nihil latitet mysterii.*

Thef. V.

Describimus (nec enim illæ juridicæ definitiones nimis superciliosè ad normam philosophicæ subtilitatis examinandæ) Interdictum Salvianum quod sit remedium restitutorium ad piscendorum pignorum gratia introductum & comparatum, quæ locatori prædii pro mercede nominatim nexa erant. *des*

shuldig
Thef.

Thef. VI.

Doctores nonnulli Interdictum hoc dispeſcunt 1. in verum Salvianum & Quasi Salvianum, *Vultejus Jurispr. Rom. lib. 2. c. 21. Cujac. in parat. C. h. t. & paſſim in ſcriptis ſuis*, quæ tamen diviſio in jure non eſt fundata. 2. In Directum & Utile, quibus vocibus iterum duplicem ſignificatum attribuit *Oldend. Claſſ. 2. act. 3.* Communiter ita doceri ſolet, quod Directum detur locatori prædii ruſtici, cujus gratia præcipuè hoc interdictum proditum, ad adipiſcendam poſſeſſionem rerum ſibi à colono pro poſſione annuâ fundi expreſſâ poſſione oppignoratarum. Utile locatori prædii urbani contra conductorem ex eâdem cauſa.

Thef. VII.

Verum enim verò an præter locatorem & ejus hæredem etiam aliis competat hoc Interdictum Salvianum creditoribus, adeò proſectò anceps eſt & controverſum, ut meritò hæreas dubius, in quam ſententiam inclinare ſatius ſit atque tutius; equidem magni nominis viri magno numero affirmativam deſenſitant, è multis nomino paucos

Wefemb. n. 3. h. t. Cujac. ad C. ibid. & lib. 5. obſ. 24. & paſſim. Vult. §. 2. Inſt. de Interd. Giſan. ad I. C. de precar. Mindan. de interd. tit. 17. n. 15.

Ego tamen exiſtimo negativam juri noſtro eſſe convenientiorem, quam amplexantur.

Trentl. vol. 2. diſp. 25. the. 2. l. E. verb. & quidem ex cauſa locationis tantum. Menoch. adipiſc. poſſ. remed. 3. Hackelman. diſp. 12. Quæſt. Ill. theſ. 8. Donell. ud. l. 1. de Prec. num. 3. Heig. ad §. 2. Inſt. de Interd.

Thef. VIII.

Oſtendimus quibus competat Interdictum Salvianum,

num, consequens est ut videamus contra quos intente-
tur. Nullus quod sciam quidem haecenus sustinuit in-
ficiari, competere contra conductorem praedii rustici
imprimis, consequenter urbani. Sed an contra tertiu-
m possessorem etiam detur, tot sensus invenies quot
capita, aut certe ad minimum tot, quot Charites fuisse
proditum est a Poëtis. Ego in tantâ ambiguitate me-
diam sententiam eligens existimo, contra tertium pos-
sessorem dari hoc Interdictum, & non dari, ut in simili
loquitur Tribonianus casu. §. 25. *Inst. de R. D.*

Thef. IX.

Sed nec illud expeditum est satis, aut in confesso,
imprimis apud veteres JCtos an Interdictum Salvianū
detur contra colonum partiarium? quanquam de co-
lonis inferius recurret oportuna, aut quasi necessaria.
obtrudetur nobis loquendi occasio, tamen hoc genus
hominum ad intelligendam rectius thesin & mentem
nostram obiter, & ut dici solet propter viam ita depin-
gimus. Scilicet hoc modo colonus partiarus quem *Si-
char dus ad lib. 4. C. tit. 32. l. 19. de usuris* vocat derendingen est
cui ita fundus locatur, ut colat eum bonâ fide & partem
fructuum vel tertiam vel dimidiâ, quod positum est in
pactis & conventionib⁹ pro mercede annuâ praestet, ad-
jecta etiam quandoq; pecuniolâ quod frequentissimè
feri testatur *Oldendorp: class. 4. act. 9. in pract. V. 3.* Ex hac
conventionem fit, ut locator quidem in solidum domi-
nus maneat praedii, socius tamen quodammodo sit
conductor, cum damnum & lucrum ex natura illius
contractus cum locatore fundi partiat *l. 25. §. 6. ff. lo-
cati.* Eodem sensu dicuntur pecora partiaris, quorum
foetus ex pacto inter dominum & pastorem dividuntur.
l. 8. C. de pact: Jasonem cum asseclis jubemus valere, qui

B

par-

partiaro gratificari videntur, dum statuunt eum rurtum esse ab hoc Interdicto, Nos contra confidentissime afferimus posse etiam partiarium colonum hoc ipso pulsari.

Thef. X.

Causa ex quâ ceu fonte suo hoc Interdictum profluit Salvianum, jam contractus est, nempe si res coloni nominatim pro mercede locatori pignori sint nexa, jam quasi contractus, nempe si nulla intercesserit obligatio, quæ non necessaria est in rebus inquilini illatis: hæc enim est natura & indoles quasi contractuum, ut etiam sine verbis manifestata consensus significatione, ex tacita præsumptivè voluntate actionem producant. Verum enimverò illud requiritur. 1. ut res reapse & actualiter sint illata. *l. 5. C. in quib: caus. pig. vel hypoth.* 2. ut sint illata investivè eo animo, eâ mente ut ibi perpetuò essent quamdiu habitatur, non temporis causa ac commodentur, ut loquitur *l. 32. ff. de pignor:* Causa ob quam introductum Salvianum est, ne graveur actor nimio onere probandi, sed viâ compendiosiori jus suum persequi possit. Causa de quâ sive objectum, est possessio rerum in prædia illatarum pignoriq; suppositarum acquirenda, quæ vel tangenda saltem in posterum cum faciant omninò ad pernoscenda substantialia Interdicti Salviani.

Thef. XI.

Prædia sunt vel urbana vel rustica, distinguunturque non loco sed genere, *arg: l. 166. de V. S.* seu qualitate *l. 16. C. de præd: & aliis reb: min: i.* e. usu & fine; usus urbanus consistit in habitatione, rusticus in iis quæ ad agriculturam pertinent, qualia sunt stabula, ad receptionem fructuum, aut armenta stabulanda agri colendi causa destinata. Ergo urbana prædia omnia ædificia

accipimus. §. 1. *Inst. de servit.* non solum ea quæ sunt in oppidis, sed etiam ea quæ ruri vel in vastissima solitudine reperiuntur *l. 1. 98. de V. S.* Contra rustica quæ non sunt structa inhabitandi gratia, sed ad agrestia opera & si in media sint civitate, qualia hic Rostochii multa horreantur, Neq; me terret aut movet ut aliter sentiam *l. 4. ff. in quib: caus. pig. vel hypoth:* non magis quam leges quædam & è nostris nonnulli propugnantes in servitutibus realibus necessariam esse prædiorum vicinitatem cum eam non loco sed usu æstimandam esse *Nobiliss. ac Consul-tiss. Dn. Præses Præceptor meus atatem devenerandus in prælectionibus juris civilis docuerit.*

Thef. XII.

Conductor prædii rustici dicitur colonus, urbani inquilinus, quem & incolam appellat *l. 1. C. de falsâ monetâ* sive colonus in agro, inquilinus in ædibus vivit. *l. 37. ff. de acquirend. possess.* atq; inde distinguuntur in *l. ult. ff. de vi & vi armata.* Isti varii generis sunt, alii partiarii, quos descripsimus supra, alii qui in perpetuum §. 3. verbo perpetuo *Inst: de Loc. conduct.* *l. 1. & 3. ff. si ager vectig.* *l. 3. C. de fund. patrimonial.* *Nov. 7. c. 1. Carpzov. part. 2. Const. 39. defn. 21.* vel ad tempus longum tamen; non modicum *arg. l. 1. §. 3. ff. de superf. l. 3. §. 4. ff. de rebus eorum qui sub tut. Cujac. ad §. 3. Inst. de Loc. cond. Donell. 9. Comm. 13. Valascus de jure emphyteut. quæst. 1.* Res soli (nam in mobilibus consistere emphyteusis nequit. 1. quia non præstant hæ perpetuum usum. 2. Quia in illis non datur cultura & melioratio, qui finis hujus contractus à parte domini directi) & quidem prædia rustica non urbana. *Bach. ad Treutl. vol. 1. disp. 29. Thef. 9. Lit. E.* colenda & fruenda conceduntur pro certo canone, ut mercedem hanc appellat. *l. 3. C. de jur: Emphyteut: seu vectigali. rubr: ff. si ager vectig: pensione. §. 3. Inst. de loc: & conduct:* ad quam conventionem scriptu-

ram communiter DD. requirunt. *exl. 1. C. de jur. Emphyteut: Salicet: Sichard. ad eam. Clarus lib. 4. sentent: S. Emphyteut: quast: 4. quod & video placere Carpzovio allegato supra loco def. 7. Hi coloni dicuntur perpetuarii conductores. l. 1. & 3. C. de loc. prad: civ: Emphyteutæ mille locis, germanicè. Erbzinseman/ vel simpliciter Zinseman inter quem & colonum simplicem differentias quasdam tradere non est pigratus jamjam citatus Carpz. lib. 2. tit: 9. Resp: 91. Ceterum ego assertum prius, quoad primam contractus hujus originem, posterius quoad formam intellectum volo.*

Thes. XIII.

Sunt deniq; coloni qui nummis colunt ut loquitur. *l. 26. §. 1. ff. de furtis*, seu qui dant certam mercedem. *princ. Inst: de Loc: cond. quæ & pensio dicitur*, unde hodiè prædiorum conductores ab isto canone pensionarii dici sueverunt.

Thes. XIV.

Ceterum cum ex solo locat: cond: contractu nasci Interdictum Salvianum supra statuerimus, aliquanto prolixius seligere ea ex hac conventionem, quæ ad propositum nostrum factura sunt, allubescit, idq; non temerè. Definiri potest Loc. Cond. conventio juris gentium, bonæ fidei nudo consensu inita, quæ res (ista enim operarum ad Interdictum non spectat,) utenda datur pro certa mercede; mittimus cætera quæ vel in ipsis reperiuntur sunt juris cunabulis, videamus saltem quomodo locator & conductor invicè obligentur, & de Loc. Cond. substantiali præcipuo quæ est merces.

Thes. XV.

Locator ob varia quidè, imprimis vero ob hæc actione conducti pulsari conveniriq; potest, nempe si conductor ex vitiosâ relocata damnum acceperit, gratia exem-

exempli si prædii elocati saltus aut pascuum aliquod
 malas herbas producat, & inde pecora demortua sint,
 aut deteriora facta, id quod interest præstabit locator. *l.*
19. §. 1. ff. Loc: si conductori uti re conductâ non liceat.
l. 60. ff. §. l. 15. C. Loc. nempe culpa locatoris aut oscitan-
 tia cum præstare posset liberum usum, quæ distinctio
 est *l. 33. dict. tit. & Oldenb. Claß. 4. act. 9. N. 6.* si ante tempus
 emigrare cogatur sine justâ causa conductor (interdum
 enim expelli eum posse nondum absolutâ annorum pe-
 riodo, docet *l. 3. C. b. t.*) quod etiam accidit, ubi vendit
 intempestivè locator domum, cujus usum alii non gra-
 tis concesserat. *l. 19. C. b. t.* juxta illud Germanicum.
Rauff gehet vor Miedte. de quo vid: Dan: Moll. lib. 4: Semestr.
c. 14. Equidem colonus emptori cedere cogitur & mi-
 grare *allegata l. Hierony. Cagnol. ad. l. 2. N. 77. C. de pact. in-*
ter emptor. & vend. Caroz, in tact. de Loc. cond. tit. de natura
Loc. Fab. lib. 4. C. tit. 41. def. 19. nec iste ullam contra hunc
 actionem habet, attamen interesse à locatore consequi
 eo nomine potest.

Thes. XVI.

Porro & tenebitur Locator, si rem locatam non re-
 ficiat *l. 15. §. 1. & l. 19. §. 2. ff. b. t.* tum enim licet condu-
 ctori vices ejus & partes fungi, qui si operâ suâ i. e. im-
 pensis aliquid necessario vel utiliter auxerit, vel ædifi-
 caverit, vel instituerit, cum id non convenisset, ad re-
 cipienda ea quæ impendit ex conducto cum domino
 fundi experiri potest, ut scriptum est & decisum à Pau-
 lo. *l. 55. §. 1. dict. tit.* Neq; tamen conductori in hoc sim-
 pliciter creditur sed dijudicandæ impensæ sunt arbi-
 trio boni viri. Hodie solent eligi ad hoc certi quasi æsti-
 matores aut judices qui super illis censeant. Es werden
 unpartheische Commissarii verordnet / die die gesche-
 hene und nützliche Baukosten besichtigen und æstimirẽ.

Theſ. XVII.

Tenetur deniq; (quis enim omnia percenſeat) locator onera & tributa ſuſtinere realia, non conductor. *Job. Harpr. princ. Inſt. de Loc. cond. Faſon. l. 7. N. 14. ſol. matrim. Natta. Conſ. 409.* maximè ſi illa ex calu fortuito emergant g. e. occasione belli *arg. l. 23. ff. d. R. J. §. 5. Inſt. de Loc. Cond. l. 28. C. ibid. Dominus Mavius ad jus Lub. part. 3. Tit. 8. art. 1.* quo pertinent ſumptus metatorum. *Cinquanties rungſtoſten Kriegeres contributiones. l. 9. C. & Gothofr. ad rubr. de Metatis.* enim vero æquiſſimum eſt, ut percipiens fructus ſuſtineat tributa. *arg. l. 7. ff. de publican. Gloſſ. in l. 1. verſ. fructus. C. de annonis & Tribut.* at ego fructus prædii locati percipere locatorem perſualum habeo, & defendere in colloquio futuro paratus ſum.

Theſ. XVIII.

Ex contrario conductorẽ imprimis decet omnia ſecundum legem conductionis h. e. pacta conventa facere, & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono & æquo præſtare. *§. 5. Inſt. Loc. Cond. in fin. Inſt. de obl. qua ex contract. l. 11. §. 4. ff. l. 19. C. h. t. h. e.* generatim ad inſtar fructuarii rectè colere prædium & quaſi bonus paterfamil. uti debet, ut de hoc ſcriptum eſt. *§. 28. Inſt. de R. D.* ſingularim progrediendo & exempli gratia quædam delibando, habet colonus metuere actionis locati dicam, & periculum, ſi agrum ſterileſcere ſinat ſuo torpore & ignavia, ut jejuna & miſer conſpiciatur, quin potius tempeſtivâ ſtudioſâq; cura & culturâ debet eum reddere feraciorem, ſi arbuſta aut vinea: excindat mutilè, aut quovis modo rem deterioreſ reddat. *l. 25. §. 3. l. 2. l. 11. & paſſim ff. Loc. l. 43. §. 2. ff. de obl. & act: ſi rem conductam finito tempore non reſtituat. l. 48. §. 1. h. t. breviter ſi omiſerit adhibere nonnunquam exactiſſimam diligentiam, ad quam obligatus eſt, ſi credimus. Tribon. §. 5. Inſt. & Cajo. l. 25. §. 7. ff. Locati.* Deniq; ſi mercedem debitam non ſolverit. *l. 9. §. 6. l. 56. ff. ibid.*

Theſ.

Thef. XIX.

Et vero, ne hujus pensionis nomine periclitetur locator, aut metuere sibi habeat, (licet quibusdam casibus eam amittat, exempla *sunt. l. 19. §. 1. l. 24. §. 4. l. 33. fin. & c. ff. Loc.*) curare si velit, potest, sibi caveri fidejussoribus, nam cum hi in omnibus obligationibus assumi queant *§. 1. Instit. d. fidejuss.* quid verat quævē ratio foret non licere idem in Contractu *Loc. Cond.* quâ circumspectentiâ hodiè crebrò uti locatores comper- tum est, & notorium, imprimis ubi instrumenta confi- unt, wann Pension oder Mied contract auffgereicht werden/vel etiam pignore constituto in rebus illatis pro mercede.

Thef. XX.

Dixi illatas & investas res conductoris pignori obligari pro mercede, quod explicare planius plenius- que operæ fuerit.

Thef. XXI.

Pignus non est uniforme, constituitur enim vel à publicâ personâ vel privatâ, vel à lege, illud vel à præ- tore per missionem in bona ex primo decreto & dicitur prætorium. *Tit. C. d. præ. pig. cujus ideam aliquam ha- bemus. §. 9. Instit. d. susp. tut. plures in ff. ex quibus caus. in- poss. bon. item l. 15. & 16. de damn. infest.* effectum vero ejus- prodit *l. 3. §. fin. ff. de acquir. possess. vel à judice, cum cap- tis per executores pignoribus mandatomagistratus armatos, contumacia alicujuscoercetur. vid. §. Inst. de satisd. Tut. t. 1. C. Si in câajud pig. cap. vel privatam quod iterum constituitur aut per ultimam voluntatem, l. 26. ff. de pig. act. l. 12. ff. de alim. leg. l. 8. §. 15. in fin. ff. de trans- act. l. 9. d. de ann. leg. vel conventionē, de quo ausim dicere quod de stipulationibus ex pacto convenientibus ali- cubi censet Tribonianus, totidem penē ejus genera esse, quot rerum contrahendarum.*

Thef.

Thef. XXII.

Deniq; est pignus quoddam legale citra conventionem expressam, juris dispositione & assistentiâ firmatum, & tale habet locator prædiurbandi pro mercede, in rebus inquilini non item locator prædii rustici in rebus coloni illatis, §. 7. *Instit. de act.* §. 3. *fin. Inst. de Intend.* Ratio differentiarum in proptulo, quia suffecturi pro mercede fructus fundi creduntur, quibus si non satis sibi cautum putaverit locator, potest pacisci expressam rerum illatarum Hypothecam quæ ceteroqui sine conventionem non sunt oppignorata.

Thef. XXIII.


Harum rerum isthocco modo sibi obligatarum quæ penes conductorem suspectum resident, ut locator possessionem adipiscatur. Salviano illi opus est interdicto. Dixi ut possessionem adipiscatur sicuti enim omne jus rerum consistit aut in acquirendo aut in conservando aut amittendo. *l. ult. ff. d. LL.* ita possessio aliter acquiritur de integro, animo nempe & corpore simul, aliter retinetur animo nempe solo etiam, aliter amittitur, vel animo & corpore, vel animo solo atque hinc est quod triplicia quoque sint interdicta. §. 3. *Instit. de Intend.*

Thef. XXIV.

Ad ultimum proxima est Interdicto huic actio Serviana sed ita ut emptio venditio locationi conductioni h. e. in multis tamen differunt, Hæc enim exigit duriores probationes quam istud, in Salviano sufficit actorem probare quod conductor res in prædium importaverit, non verò curiosè opus habet disputare, an fuerint inferentis, at Serviana experiens, hoc ipsum evictum dare debet. *l. 15. §. 1. ff. de pign.* unde consultius fuerit uti remedio Interdicti, quam actionis. Hujus Interdicti iudicium possessorium est ut penè omnium ceterorum, Servianæ petitionis, hæc in rem, istud in personam ut omnia Interdicta cetera.

Oldend. Class. 2. Act. 3. in affin. remed.





exempli si prædii elocati sal
 malas herbas producat, & in
 aut deteriora facta, id quod i
 19. §. 1. ff. Loc: si conductori u
 l. 60. ff. §. 1. 15. C. Loc. nempe cu
 tia cum præstare posset liber
 est l. 33. dict: tit: & Oldenb: Claf:
 emigrare cogatur sine justâ c
 enim expelli eum posse nond
 riodo, docet l. 3. C. h. t.) quoc
 intempestivè locator domun
 tis concesserat. l. 19. C. h. t.
 Rauff gehet vor Miedte. de qu
 c. 14. Equidem colonus emp
 grare allegata l. Hierony. Cagno
 ter emptor. & vend. Caroz, in t.
 Loc. Fab. lib. 4. C. tit. 41. def. 19.
 actionem habet, attamen in t
 eo nomine potest.

Thef.

Porro & tenebitur Loca
 ficiat l. 15. §. 1. & l. 19. §. 2. ff.
 ctori vices ejus & partes fun
 pensis aliquid necessario vel
 caverit, vel instituerit, cum
 cienda ea quæ impendit
 fundi experiri potest, ut scr
 lo. l. 55. §. 1. dict: tit. Neq; ta
 pliciter creditur sed dijudi
 trio boni viri. Hodie solent
 matores aut judices qui sup
 unpartheische Commissarii
 hene und nügliche Baufof

cum aliquod
 demortua sint,
 tabit locator. l.
 etâ non liceat.
 is aut oscitan
 quæ distinctio
 si ante tempus
 ctor (interdum
 â annorum pe
 dit, ubi vendit
 m alii non gra
 Germanicum.
 oll. lib. 4: Semestr.
 cogitur & mi
 77. C. de pact. in
 ond. tit. de natura
 m contra hunc
 atore consequi

ocatam non re
 im licet condu
 perâ suâ i. e. im
 kerit, vel ædifi
 venisset, ad re
 o cum domino
 decisum á Pau
 ctori in hoc sim
 ensæ sunt arbi
 certi quasi æsti
 eant. Es werden
 / die die gesche
 en und æstimirẽ.
 Thef.

